superioribus quia euidenter monstratū est; nō opus est hic immorari.

Matth. 11 Tantū nobis dicat Iacobus, qua intelligētia, spiritus q; eū docuit, sug-  
gestit illi accipienda esse hæc Christi in Matthæo uerba. Cœpit. s. dñs,  
exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius,  
qua nō egissent pœnitentiā: Væh tibi Corozaim: uæh tibi Bethsai-  
da: quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes q; factę sunt in uo-  
bis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent. Et idē in Luca feret

Lucæ. 10 Si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quę factę sunt in uobis,  
scilicet Capharnaū & alijs ciuitatibus ubi crebro dñs p̄dicauit: olim  
in cilicio & cinere sedētes pœniterēt. Et rursum qđ dño referēte no-  
uimus: diuitē illū, qđ uīueret, induebat purpura & bysso, & epula-  
bat̄ quidie splēdide, in tormentoꝝ loco Abrahā patri dixisse: qđ si q̄s  
ex mortuis iret ad quinq; suos fratres, & illis nunciaret qualis sit in  
ferno status eorū, qui carnē affligere & macerare in mundo nolue-  
rūt, magis diligētes quidie splēdide epulari: pœnitentiā inquit agent.

Iob. 43 Et qđ dño dixit sanctus Iob: Ipse me reprehēdo, & ago pœnitentiā  
in cinere & fauilla. Si, ut perperā tradit Faber, de pœnitentiæ ratione  
non sunt carnis afflictio & maceratio: cur B. Nicolao, etiā ex utero  
deus inspirauit: ut ageret qđ de eo canit ecclesia, dicens: Dñ penderet  
ad mamillā matris ab infantia, quarta semel bibit illā atq; sexta feria:  
ne per lactis puer stillā solueret ieiunia. Ne autē istud D. Nicolai ge-  
nus afflictionis corporalis aspernet quispiā, quasi narratio sit arbitra-  
riā, qđ nullā in scripturis habeat suæ institutionis causam: attēdat qui  
ita p̄sumere procliuus est, dñm non reprobasse qđ dicit pharizæus, Ie-  
iuno bis in sabbato: sed magis referēdo id iudicauit cōmendatione  
dignū. Si rursum non quærīt deus aut cōmendat p̄ ieiunia & abstine-  
tias lasciuientis corporis afflictiones ac macerationes: quare Christus  
ipse (cū pro se non egeret) uoluit quadraginta diebus & quadraginta  
noctibus ieiunare, & in deserto sedēs seruandū nōnunq; esse docere  
sistenti: & id tā sollicitē per euāgelistas suos describit: Sed cur spūs dñi  
suggessit sanctę uideꝝ Iudith, ieiunare oibus diebus uite sue? & san-  
ctę uiduæ Annæ euāgelicæ, qđ scilicet paruulo Christo die ab eius na-  
tuitate quadagesimo cū S. Symeō ebñ dicebat: ut nō discederet de  
tēplo, sed ieiunijs & obsecrationibus uacās deo seruiret die ac nocte?

Matth. 11

Lucæ. 10

Iob. 43

Lucæ. 15

Matth. 4

Iudith. 3

Lucæ. 2

fideriorum, ait, intellige uerba que ego loquor ad te. Ex die primo quod posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui: exaudita sunt uerba tua, et ego ueni propter sermones tuos. Ecce liberatiois populi Iudaeorum ad captiuitate Babylonica, quam ad deo exposcebat Daniel: causam meritoriam, manifeste docet angelus Danielis fuisse poenitentiam. i. carnis afflictionem & macerationem cum orationibus, dicens. Ex die primo quod posuisti cor tuum, hoc est firmiter decreuisti te tam austeram poenitentiam affligere, in conspectu Dei tui: exaudita sunt uerba tua. Non est quippe numerus dionorum eloquiorum, in quibus de ieiunio mentio fit: que in Propugnaculo Clichtouei legi possunt. Certum est autem quod discipuli Iohannis frequenter ieiunabant. Beatus tamen Paulus, Barnabas, & quibusdam alijs dominum ministrantibus & ieiunantibus: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Maceratio igitur corporis per ieiunium poenitentiam partem, Deo acceptissima est. Unde constat hic Fabrum infeliciter cum Luthero dextras iunxisse manus.

Luc. 5.  
Act. 13.

**Prop. 11** ¶ Qui recte uidet, plane discernit quod nihil sunt aut Essetorum, aut Pharisaeorum, aut huiusmodi placitas: sed cuius cor fide uiuit, & tota siue ducta ex deo uerboque dei pendet. Illi particulares & serui, hic uniuersalis & liber: illi humane incedunt, hic diuine: illi ad multa dispersuntur, hic ad unum colliguntur: illi quodam modo superstitiosi, hic uere fideles. & paulo post. Beatus igitur cui uita obtigit fides, & qui gratia non operibus (& si maxime adfint opera) uiuit.

**Prop. 12** ¶ Non moueant quoniam belle concinnata & multam praeferentiam sapientiam humana instituta: quae si obseruas ut humana, nihil te iuuant: sin ut diuina, mendacium committis. Deo tribuens quae neque iussit, neque mandauit. aequae enim piaculum est. Dei uerbum ut hominis, & hominis ut Dei uerbum obseruare.

**Prop. 13** ¶ Sola uerba Dei, ut Dei uerbum est, obseruatio iuuat.

**Prop. 14** ¶ Dominus monebat discipulos: ut in sermone, id est doctrina Pharisaeorum & Saducaeorum attendere, quia humana traditio erat, non dei uerbum, non diuinum mandatum. quae quod parit est hypocrisis.

**Constatario**  
B ¶ Quorsum per haec feratur uerba Iacobus: non operosum est intelligere. duo enim in summa praetendit. Primum particulares in uniuersali Christianorum religionem carere et uti superstitiosas danare. cuiusmodi sunt religionem sanctorum Hieronymi, Augustini, Bedae, Fracisci,

& consimiles quatuor per uniuersam comprobatae sint ecclesiae. Atque, eorumdem scripturarum patrum instituta. id est per quos uos exerceat ordines, regulas, ac in uniuersum omnia hominum constituta improbare. Existimat enim (ceu ex eius liquet sermonibus) eiuusmodi sacras beatorum patrum religionem, superstitiosas in christianismo esse ac perniciosas. quae cogitatio & eius editis libris expressio, quae sit uerua, schismatica, & blasphemica: satis superque ex Antyluthero & propugnaculo Clichtouei monstratur. Annotatiōibus quoque uarijs antea re huiusce uel meminit & nos. Item & plane quod de ipsis hominum placitis. id est legibus, decretis, seu constitutionibus dogmatizat: per illa reprobata constat. Ceterum quis non demiretur Iacobi cecitate, qui maturius praepedit quod manifeste sint obuia illius factis propria uerba. Nam cum dicat quod sola uerbi dei (ut dei uerbum est) obseruatio iuuat: quod plane haereticum est scuti & id quod secutus adiecit: Quicquid humana parit traditio, hypocrisis est. Certum est autem dei uerbum esse, pro Iacobi sententia, sacrae scripturae textum. Si ergo illius sola obseruatio iuuare potest quomodo Iacobi commentarij, & ut hic particularius agamus, quatuor he propositioes annotatae quoniam iuuare poterunt: non enim sunt sacrae scripturae pars: uerum potius sane illius intelligentiae plane aduersantur. Cum igitur non sint diuina scriptura, aut dei uerbum, sed Fabricata traditio: quid doctore Fabro etiam si non essent erronea, parere ualent, nisi hypocrisis? Mirabile quidem, quod hoes isti suis uerbis palam se met ipsos damnant: & non aduertunt. quod non modo hic proditur, sed & in singulis fere quae factio ista moliri conata est. Siquidem diebus istis oblatum est Parisiensi theologorum collegio liber unus, quod uulgo dicitur liber Exhortationum super Epistolas & Euangelia, pro usu Melchiorum (quod complectatur uidelicet Epistolas & Euangelia, quod dominicis & nonnullis diebus festis in ecclesia legunt) in gallica uerba lingua, adiecta cuiusque epistolarum & euangelio exhortatoria oratione ad populum postulatumque, ut de eo prius iuste pensio & discussio dominis per se de Apostolica delegatis pro haerese zelo extirpatione sua daret doctrinale iudicium. Libro autem pro fidei zelo uigilanter examinato, conperit est, quod licet passim & omni fere eadem exhortationum pagina declamaret, nihil esse populo praeter euangelium praedicandum: uix tamen ulla ipsarum est exhortationum, quae in toto euangelicae contentum ueritatibus. quod sit diuina consistere poterit, certo pro ipsorum ceterum theologiae

Yogorū super ea re edito iudicio. Libri aut̄ illius authores, ut dicif̄ fuerūt Iacobus Faber, & eius discipuli. Iam suas si ualēt tueant̄ in uentiōes. quæ certe nō modo humanae sunt, sed & Sathanicae: cū ipsi mundū totū eas cupiāt amplecti, q̄si acrisia p̄cussit: qua sit ut sua sibi tantū placeāt scripta, ueluti diuina eēt oracula, cū tamē sint in plurimis cōmenta dæmonis. Caterorū uero sacrorū eccl̄iæ doctōrū libros, & patrū regulares uiuēdi formas, tanq̄ superstitiosas, aut insipidas expuīt, ac ita floccifacit ut neq̄ eorundē scripta sc̄iōrū Iacobus oculis p̄currere dignos sit. Nam de eiusmodi enūciatō nō est ueritas, ut p̄ dixim⁹. cognoscere sese, q̄ illa nō possunt sacrorū euangeliōrū afferre eorū studioso intelligentiā. Qd̄ aut̄ euidens ter sit hæreticū dicere, solā uerbi dei obseruationē posse hoīem iurare: & q̄ qcquid humana parit traditio, hypocrisis est: cōstat q̄ tam ueteri q̄ nouo cōtrauenit testamēto. In illo eā plurimū cōmendat̄ Moyses: q̄ humana traditiō, hoc est consilio Ietro socer̄i sui, gentili origine p̄genit̄ humiliter acceuit. Certū est aut̄ Ietro uerba non fuisse diuina, sed hoīs prudētis: q̄bus Moysen instruxit dicēs. Non bonā rem facis, stulto labore consumeris, & tu & p̄ps iste qui tecū est, ultra uires tuas est negotiū: solus illud nō potes sustinere, sed audi uerba mea atq̄ consilia, & erit dñs tecum. Esto tu populo in his quæ ad deū p̄tinent, ut referas q̄ dicūt ad eū: ostēdas q̄ populo cerimonias & ritū colēdi, uiamq̄ p̄ quā ingredi debēt & opus qd̄ facere debēt. Prouide aut̄ de om̄i plebe sapiētes & timētes deū, in quibus sit ueritas, & qui oderūt auaritiā: & cōstitue ex eis tribunos & centuriōes & quinquagenarios & decanos, qui iudicent populū om̄i tpe. Quicquid aut̄ maius fuerit referāt ad te, & ipsi minora tantū nō iudicēt, leuiusq̄ sit tibi partito in alios one re. En Ietro, hō genere Ethnicus, humana prudētia p̄p̄so populi dei regimine, sancto p̄phetæ Moysi consiliū impertit. Et cū uerba ipsius humana eēt traditio: q̄ tñ si eis pareat Moyses, laudez apud homines, & apud deū ingens p̄miū, p̄meriturus sit contestat̄ p̄inde ac si à deo per se illud, aut per angelū accepisset: & forsitan uerius, qd̄ hinc plane colligitur. Nam ipse Ietro cōsequēter Moysi promisit, dicēs. Si hoc feceris, implebis imperiū dñi, & p̄cepta eius poteris sustentare, et om̄is hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Sequit̄. Quibus auditis Moyses fecit oia q̄ ille suggestit

Exod. 18.

D

ferat. Per hoc liquet quod diximus. sibi em̄ oino aduersantur hæc Audi uerba mea, atq̄ cōsilia mea (dixit Ietro). i. hoīs, et erit domi nuste cū, et si hoc feceris implebis imperiū domini, hoc est iustū, et prudens (q̄q̄ sit hoīs) sequeris consiliū, quod ut fiat iubet dñs, et Sola uerbi dei obseruatiā iuuat, quia quocud̄ humana parit traditio, hypocrisis est. Idem prater ea luce clarius habetur de obediētia Rechabitarum ad patris sui Ionadab traditionē. De qua apud sc̄m̄ prophetā Hieremiā ita legimus. Verbū quod factum est ad Hieremiā à domino. Vade ad domū Rechabitarū, et loquere eis & introduce eos in domū domini in unā exedram thesaurorū, id est unū coenaculorū templo uiciniorū: ubi pars seruabant thesaurorum, & dabis ei bibere uinum, id est uinum eis offeres: rogās ut eoutantur. Et assumpsit uniuersam domum Rechabitarum, & intro duxit eos in domū domini ad Gazophylaciū filiorum Anan filij Iezedelie hoīs dei, quod erat iuxta Gazophylaciū p̄cipiū, supra thesaurū Massæ filij Sellum: qui erat custos uestibuli, & post it corā filijs domus Rechabitarū cyphos plenos uino & calices, et dixit ad eos, bibite uinum. qui respōderunt nō bibem⁹ uinū, quia Ionadab filius Rechab pater noster p̄cepit nobis dicens. Nō bibētis uinū uos & filij uestri usq̄ in sempiternū, & domū non ædificabitis, & sementē non feretis, & uinetas nō plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cūctis diebus uestris. Obcedimus ergo uoci Ionadab, filij Rechab patris nr̄i in oibus quæ p̄cepit nobis: ita ut nō biberemus uinū cūctis diebus nostris, nos et mulieres nr̄æ, filij & filix nr̄æ, & nō ædificarem⁹ domos &c. sed obcedētes suimus iuxta oia q̄ p̄cepit nobis Ionadab pater noster. Quid ad hæc obtēsurus est Faber? forte q̄a patris Ionadab ad filios uerba, diuinū erāt mandatū: p̄inde illis obteperātes, nō p̄cepto parebāt hoīs, sed dei. Si ita respōdeat: hæresim hæresim copulat, qd̄ inde manifestat. Porro in sacro Hieremiæ textu sequitur. Hæc dixit dñs exercitū Deū Israel. Vade & dic uiris Iuda & habitatoribus Hierusalē: nūquid nō recipietis disciplinā, ut obediatis uerbis meis dixit dñs. Præualuerūt sermōes Ionadab filij Rechab, q̄a p̄cepit filijs suis ut nō biberēt uinū: & non biberunt usq̄ ad diē hanc, quia obcederunt p̄cepto patris sui. Ego autem locutus sum ad uos de mane confurgens & loquens: et non obcedistis

Cap. 35.

E

nihil. Ecce palā factum est, quia p̄ceptū Ionadab filijs suis factū humana fuit traditio & minime dei uerbū. Eius tñ obseruantia miris effert (ceu plana cōstat litera) deus laudibus. Hęc aut nō cōcōse, sed plenius p̄sequi uoluimus: qm̄ per ea euidenter damnant̄ oia fere quę Iacobus in factitijs religiones hoīm q̄ cōstituta oblatrat q̄, locis pluribus euomuit: discipulū ea in re p̄stans sese Arrii hæresiarchæ, Valdesium quoq̄ & wiclef, aliorūq̄ multorū hæreticorū: Lutheri aut̄ p̄ceptorē. Q̄ aut̄ istud soli uerbo dei est deservendū, errorū unus fuerit Arrianorū, ex Maximini ep̄i Arrianorū, & quidē doctissimi cōstat uerbis. Ita em̄ B. Augustino publica discipulatoe p̄statur ē in quib̄. Si aliquid rōnabile dixeris, necesse ut sequar. Si quid em̄ de diuinis scripturis, pruleris qd̄ cōe est cū om̄ibus, necesse est ut audiamus. Hęc uero uoces quę extra scripturā sunt, nullo casu à nobis (Arrianis, s.) suscipiunt. Præterea cū ipse dñs moueat nos & dicat, sine causa colunt me: docētes mādāta & p̄cepta hoīm. Hęc Arrianus ep̄us, quę reuera nō spreuit Faber sed (ut dicunt) ubiq̄ ea mordicus retinet & tueri satagit. Augustinus uero p̄sentiens hæreticū nouarū iniectu quæstionū ips uel le ceterorū more hæreticorū redimere, tunc illas prudenter declinare studuit dicens: Si ad ista oia, p̄posuerat em̄ multa, e quibus id unum qd̄ ad rem p̄sentē attinet expressimus) respondere uolueris: id etiā ego agere uidebor, ne ueniat ad causam. Proinde ut cito agamus quod instat & c. Alibi autē quid de Arrianorum & Fabri asserto, quo aiunt solam uerbi dei obseruandam autoritatem, p̄ scripturā sacrā intentōe tenēdū sit: declarauit & quidē manifeste, Si quidē & xponēs psalmū. lxx. cui titulus ē psalmus David filiorū Ionadab & priorū captiuorū: differendo eiusmodi titulū ita ait Augustinus. Ionadab hō fuit qdam) Cōmendat nobis ex propheta Hieremię, q̄ filijs suis p̄ceperat ut uinū nō biberēt, neq̄ in domibus resident, sed in tabernaculis habitaret. P̄ceptū aut̄ patris sui tenuerūt & seruauerūt: & ex hoc benedicat̄ dño meruerūt. Dñs aut̄ hoc nō p̄ceperat, sed pater ipsorū. Sic aut̄ hoc acceperunt tanq̄ p̄ceptum à dño deo suo, quia & si nō p̄ceperat ut nō biberent uinū, & in tabernaculis habitarent: p̄ceperat tamen dñs ut filij patri obedirent. In ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit cōtra dominum deum ipsius. Neq̄ em̄

Lib. I. contra Maximinum Arrianorum episcopū, ca. primo, parte oper. xi.

Matth. 17

F

debet irasci pater: quando sic ei p̄ponitur deus. Vbi autem hoc iubet pater quod cōtra dominū nō sit: sic audiendus est q̄o deus, q̄a obedire patri iussit deus. Bñ dixit ergo deus filios Ionadab p̄pter obedientiam: eosq̄ obiecit inobedienti pp̄lo suo, exprobrans quia cum filij Ionadab obedientes essent patri suo, illi nō obedirēt deo suo. Hęc Augustinus. Per quę facile poterit Iacobus colligere q̄ miserē p̄miserit sese ab hoste salutis nostrę Iudæo sophistate, quo uniuersum & ipse fidelem pplm̄ fallere omni spiritu cōtendit ita arguēs. Hoc uel illud nō mādatur deus, aut p̄cepit: sed homo, nō est igitur cuiuspiam ut pareat, ad salutem necessariam: cuius lum̄ eternū resoluūt Augustinus, & quidem iustissime, dicens: Quia & si nō p̄ceperit deus filijs Ionadab à uino abstinere & c. p̄cepit tamen ut in his quę contra dei iussū nō forent, patri ut deo obedirēt. Et hoc in articulo ratio tota iacet, quia humanis cōstitutionibus (quę legi diuinæ non fuerint dissōnæ) homines tenentur obedire, qd̄ qui spernit, non modo hominem, sed & dominum (q̄ iussit ut superioribus recte monentibus subditi audiant) spernit. Nec mō id uerum est de his quos in spiritualibus suo p̄fecit deus populo, uerum & de p̄positis in laica politia, quod in nouitamenti pagina nō semel deus statuit. At nobis sat esse debet quod per Apostolum Paulum Romanis p̄cipi fecit (sicut iam sapius deducit Rom. 13) dicens: Ois anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non em̄ est potestas nisi à deo, quę autem sunt à deo, ordinata sunt. Ita q̄ resistit potestati: dei ordinationi resistit: q̄ autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei em̄ minister est in bonum & c. Segitur. Ideoq̄ necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiā propter cōscientiam. His euidenter docet Ap̄tus, qm̄ qui secularium principum edictis (modo legi diuinæ nō discordent) derogat, nō tantum sese temporalis irę principis periculo supponit, uerum & deū in sua p̄iudiciū cōscientiæ offendit. Nō est, inquit Ap̄tus, p̄tās nisi à deo, q̄ ergo potestati resistit: Dei ordinationi resistit, ideo subsequēter addit. Ideoq̄ necessitati subditi estote, nō solum propter irā. i. obedire uos uolo nō solum dāni tēporanei formidine, sed & propter cōscientiam: hoc est, ut dei cūctis offensam,

G

Lucæ. 16

Rom. 13

H

Tract. 6. sup  
Iohan.  
Prouerb.

qui iubet iusta monenti obediendum esse, qđ praeclare uno uerbo tradidit Aug. dicens. Ipsa iura humana p̄ imperatores & reges seculi deus distribuit generi humano. & hoc est, qđ dei sapia p̄te facta est ubi ait. Per me reges regnant, & legū cōditores iusta discernunt: p̄ me principes imperāt, & potētes decernūt iustitiā. Hęc oīa cū alijs innumeris sanctae scripturae documētis (q̄ q̄ iam partim inducta sunt: p̄ter eōs cōspirāt p̄ nobis cōtra rez nouatore Fabriū quo ad duo illa erroꝝ capita, quae cū olim funditus ab ecc̄sa fuiss̄ sent eliminata) renouauit: primū uidelicet traditōes quaslibet p̄ter diuinas, p̄ nihilo ducēdas esse, quōs (ut ait) belle uiderent cōcinna: & multā prae se ferre sapiam. Alter: supstitiofas esse sub Euangelio priculares uiuēdi formas oēs, quae. s. nō oīibus essent cōes. Qđ quidē ultimū dogma creditur firmatū habere, q̄ in euangelio sancto nōnulla habent: p̄ quae simplr̄ reprobari uident p̄ticulares sub cōi ueteris testamēti lege, uiuēdi normae Essaeoz, Pharisaorū, Sadducaeorū, & ceteroz: si plures sint. Cū tñ fide sit cōstātē tenendū, nullatenus legi dei p̄ Moysen suo datā p̄p̄lo esse dissentaneū: modos quosdā uiuēdi in ea esse q̄ nō oīes obligarēt, sed quosdam: qui. s. uoluntarij forēt. Alioquin dānet Iacobus speciale uiuēdi formulā Nazaraeorū, quā certū est dñm sanxisse p̄ quibusdā, nō aut̄ p̄ oibus: sicuti cōstat p̄ ea q̄ ipse fecit describi in Numerorū lib. ubi ita legit. Locutusq̄ ē dñs ad Moysen, dicens: Loq̄re ad filios Israel, & dices ad eos: Vir siue mulier cū fecerint uotū, ut sanctificent, & se uoluerint dño cōsecrare, à uino & oīni qđ inebriare pōt abstinebunt: acetū ex uino & ex iugibet alia potioe, & q̄qđ de uina exprimit, nō bibēt: uuas recētes siccasq̄ nō comedent, cunctis diebus gbus ex uoto dño cōsecrant. His aut̄ ab alijs cōpluribus expositis, quae obseruare habebāt sic uotētes, addit dñs. Ista ē lex Nazaraei cū uouerit oblationē suā dño tpe cōsecratiois suae, exceptis his his q̄ inuenerit manus eius: iuxta qđ mente deuouerat, ita faciet ad p̄fectionē sanctificatiois suae. Quid ad ista hīscere queāt factitjs in Christiana & oibus cōmuni religiōibus detrahētes: qđi se facti sunt, supstititōis plus (ut impie blasphemāt Iacobus) hñtes q̄ pietatis: Cum oibus rechte sapiētib⁹ & eruditjs uiris, q̄ traditōes legerint B. Basilij, Aug. Benedicti, & Frācisici luculētissime cōpertū sit, eas ad id unū enixissime ferri, ut q̄ earū subiuerit iugū, euangelij uniuersamq̄

Cap. 6.

Dei legem integerrime obseruēt, nō solum mandata custodiētes, uerū & de dñi monitis atq; cōsilij legis necessitati superogando sibi factis p̄ceptis, etiā illa uti mādata ducāt, tñ abest ut euāgelio aduerlent. Manifestū est aut̄, qđ p̄ facta Nazaraeorū lex, factitia qđā traditio ē, q̄ solū ligabat eā p̄sitētes, & quēadmodū à ceteris legis mādatis (mō cōpōssibilia illi p̄ticulari existāt) nō absoluant Nazaraei: uerū potius ea purius exactiusq̄ obseruare obnoxij iure cēsebant: Ita & de religiōis p̄noiatorū ordinū oīno sentiēdū uenit, qđi qđē ordines illi spū sc̄o p̄ribus id suggēret, instituti sunt, p̄tm cōsideratōe habita ad acta p̄ sc̄os, p̄phetas Helij & Helisai, ad traditōne quoq; Nazaraeorū, & demū ad uiuēdi normā quā post acceptū in linguis igneis spū dñi in Hierl'm obseruare cceperit. B. Ap̄t ac discipuli Ch̄i dñi. Nepe in exordio prae, quā suis tradidit Aug. fratribus uiuēdi normae ita ait. Residētibus in monasterio in noie dñi nri Iesu Ch̄i oibus placuit sedm̄ aplicam traditōne unū sentire in dño & cōiter possidere, sicut scriptū ē: Vnū sentite in dño. Et nemo qđē uēdicet, p̄priū sibi quicq; sicut scriptū ē in actibus ap̄lorū: Habētes oīa cōia, nemo quicq; esse suū dicebat. Vt p̄terea doceret Aug. istiusmodi p̄ticulares uiuēdi quas tradebat normas in id praecipue ferri, ut exactissime & ad integrū sine offendiculo seruēt euāgelica: ita sedam suā exordies regulā, p̄clamat dicens: Ante oīa fratres charissimi diligat deus, deinde proximus, & post nōnulla. Nemo sibi aliqd uēdicet, p̄priū, siue in uestimēto, siue in quacūq; re: aplica em̄ uita optamus uiuere. Qñ igit̄ ex iam sapius citatis cōstat, qđ qui haec duo sincere tenuerit mādata, totā impleuerit & ueterē & nouā legē. Ap̄lo dicēte: Qui diligit proximū, legem impleuit, manifestū est factitias patrū uiuēdi p̄ticulares normas, pro scopo uno omnium plenā euangelij sibi statuere obseruantia. Nam & ipse pater Benedictus in suae normae prologo inq̄: Succinctis ergo fide & obseruatiā honorū actū lūbis nris, p̄ ducati euāgelij p̄gamus itinera eius. Horū autē patrū, Augustini. s. & Benedicti uestigijs quoad hoc in fides Frācisicus suis fratribus uiuēdi formulā daturus, sic exorsus loqui. Regula & uita fratrum minorū haec est. s. dñi nostri Iesu Ch̄i sanctū euāgelij obseruare, in obedientiā uiuēdo sine proprio, & in castitate. En primitiū p̄cipuarū q̄s uouēt profecti regularū sermōibus, Augustinus Bndictus, &

K.  
1. Cor. 1.  
Actu. 2. & 4.

Rom. 13

Franciscus euangelij sibi & suis praestituūt obseruantia. Nō sunt itaq; ab euangelio q̄i extorres, sed illius uigilantissimi obseruatores, quōq; sub illis pure uiuūt. Desinat igit in sp̄m sc̄m blasp̄h mare Faber: cuius magisterio edocti p̄ses ipsi suas descripserūt cū euāgelio & sub euāgelio speciales uiuēdi normas. In eo quoq; plane cœcutit q̄ imaginatiuē speciales Pharissæorū & Essæorū p̄ se illi citas fuisse: qd̄ erroneū oīno celsēri debet. Quāq; em̄ eorū mlti (cui iam in sacris Augustini, Benedicti, Francisci, & similitū ordinibus heu, cernitur) religioso & pio uiuēdi modo abutētes: aut illi in q̄s adijciētes leges, quas dñs uocauit traditiōes hoim, aut in multis es

Math. 17

Math. 23

Lucæ. 7.

Cap. 3.

Cap. 7.

Cap. 6.

Actu. 23.

Actu. 22

iusdē sui status trāsgressores sese p̄stantes, dei negligerēt mādātā, mentā & cymīnū decimātes, & glutīetes camelū, derelinquētesq; grauiora legis. Hoc tamē nō ex status rōne, sed eorū abusu cōtinēbat. neq; erant singuli Pharissæi, cæterorū qui perperā sese regebāt operibus cōfentiētes: sed fideliter deo secundū sanā legis intelligentiā seruiebāt nōnulli, incedētes in oib; mādatis & iustificatiōibus: sicut de sanctis B. Ioannis Baptista parentibus legitur, quod ita certū redditur. Nempe sanctus Nichodemus iustus erat etiam priusq̄ Christo credidisset: quīs nondū foret p̄fectus. de eo autē dicitur in Ioanne. Erat autē hō ex Pharissæis Nichodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic uenit ad Iesum nocte primū, & cum turba sui ordinis. i. Pharissæorū, in Christi p̄ncipiē cōspirare molirent (eodē narrāte Ioanne) dixit Nichodemus ad eos, ille qui uenit ad Iesum nocte: qui unus erat ex ipsis. Nūquid lex nostra iudicat hominē: nisi prius audierit ab ipso & cognouerit qd̄ faciat? r̄nderunt & dixerūt ei. Nūquid & tu Galilæus es? &c. Hoc itidē constat de Gamalielē, de quo in Actibus apostolicis ita legimus, Surgēs autē qdā in concilio (ubi. s. de ap̄stō; morte tractabāt) Pharissæus, nomine Gamaliel: legis doctor honorabilis uniuersę plebi: iussit foras mōdicū ap̄stos secedere, &c. Idē quoq; liquet de Ap̄lo Paulo, qui de seipso loquēs: Viri fratres, inq̄t, ego Pharissæus sum, filius Pharissæi. Quā autē eius præceptor Gamaliel, rectā scripturę & intelligentiā eū docuisset, & nō secundū prauas quorundā eius generis hominū traditiōes: habemus ex eiusdē Apl̄i uerbo, qui alibi dicit. Ego sum uir Iudæus, natus Tharso Cilicę: nutritus autē in ista ciuitate, secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta ueritatē paternę legis. Ecce

Gamaliel legis doctor honorabilis publice uolētibus (sicut Paulus) in theologia studere, diuinā interpretat̄ p̄ ueritate & sano illius intellectu legē. Nō cū credendū est, Gamalielē doctorē honorabilē aliter Apl̄m super intelligentiā eiusdē legis instruxisse, aliter autē ditores alios. Paulus autē plenus sp̄u sancto & ueritate asserit, à Gamalielē Pharissæo doctore sese Pharissæū eruditū fuisse pro ueritate legis. Doceatur itaq; per hæc Iacobus, sectā Pharissæorū suapte natura reprobā nō fuisse, neq; eius ordinis singulos malos extitisse, uerū cōplures ex eis deo uero, secundū intentionē Moysi & prophetarū, pie fideliterq; cultū impēdisse. Hæc dixerim, q̄ religioēs particulares in ecclia Christi cōfert Iacobus Pharissæorū & Essæorū sectis. Et qm̄ illas fuisse secundū legē, prius illicitas, citra dubiū autumat (quod uti dicimus, erroneū est & scripturis dissonū) hoc argumēto contēdit sacrilegē cū hereticorū plurimis capitibus, superstitiosas eē, & proinde abolēdas sanctorū Basilij, Augustini, Benedicti, & aliorū probatorū patrū religioēs, qd̄ est error igne & sulphure magis infestādus, q̄ q̄ disputatione opus habeat. De Essæorū uero secta, scriptura nihil notātm h̄z: s̄z historie post Iosephū. Cuius lōgū sermonē (etiā nō pauca legi Moysi aduersa cōplectit) pene ad p̄bū (noie tñ authoris sup̄stō) suis hic inseruit cōmetarijs Faber: eorūq; nō uulgariter cōmēdauit uitæ sc̄imonā. Pro cuius tñ defēsiōe ne p̄bū qd̄ hic facimus; & minus de Saduceis: q̄ p̄ diuina eloq̄a sectā illā manifeste cōstat eē dānatā, in eo q̄ resurrectionē futurā negabat. ex q̄ uno principio nō pauci heresum p̄deūt rami: legi Moysi & prophetis aduersi. Sat mihi debet eē, p̄ scripturā docuisse, Pharissæorū sectā p̄ se & pp̄ria rōne, diuine legi nō fuisse dissonā, s̄z suā magis ad illius obseruatā direxisse intentionē: Cū Faber ratus ignorāter oppositū, Iophimate qd̄ inde erexit particulares oēs sub uniuersali Christianoē dānare cōtēderit reliq̄. Nulla bona arbor nisi hō fidelē, q̄ opa fidei atq; sp̄s fa; (giōes, cit. Nulla mala: nisi hō huic opposit. Media aut arbor est homo pœnitens, & sese diuino indultu præparans.

M

Lib. 2. de Iud. dai, bel, ca. 7

Math. 22. Mar. 12. Lucæ 20. & Actu. 23

Idropo. 15

Cōsūtatio

¶ Verbum illud Ioannis Baptista per Mattheum nobis relatum scilicet, lam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonam, excidetur & in ignem mittetur: explicans Iacobus, scribit nonnulla (in quibus annotata



hic per nos habentur) quæ omnino diuersa putari debent & discre-  
pantia à recta scripturæ euangelicæ intelligentia. Quando quidē  
cū nō sit mediū dare (ut post Augustinū oēs tenent theologiē do-  
ctores) inter regni filios & pditionis: somnium est qd mediā cōpe-  
rit Faber arborē, quæ uidelicet neq; bona sit neq; mala. Quā ho-  
minē eē dicit pccitentem: & sese adiuuante dei gratia præparans  
tem. Norit aut Iacobus quoniā (sicuti iā in superioribus nō semel  
diximus) homo sit de malo bonus theologi ce loquēdo dū iustifi-  
catur: hoc est de iniusto iustus constituit, & hoc ē, qñ ei quoad cul-  
pam remittuntur crimina. Quod stante dei lege fieri nequit, nisi per  
formalē charitatis infusionē: quæ nunq; homini sola datur, sed cū  
ea semetipsum donat spūs sanctus, cū alijs nōnullis gratijs. Vnde  
dicit Apłus: Charitas diffusa est in cordibus nostris per spūm san-  
ctū: qui datus est nobis. Et qm̄ hoc nō sit paulatim aut tps succes-  
su, sed repente & simul: dicimus nō esse dabilem quēpiā, qui neq;  
bonus sit neq; malus, sed inter utrumq; medius. & hoc est in theo-  
logia manifestum. Præterea dñs de operum humanorum fructi-  
bus Matthæo referente dicebat: Nunquid colligūt de spinis uuas  
aut de tribulis ficus? sic Om̄is arbor bona, fructus bonos facit: ma-  
la aut arbor malos fructus facit. Non pōt arbor bona fructus ma-  
los facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Ecce palā dñs di-  
cit quod p̄tendimus. Quæ admodū em̄ fructus omnis, aut bonus ē  
aut malus, ita arbor quæcunq;, id est (ut hic cū Iacobo loquamur)  
hō, ut actus bonus sit, aut malus, est necessariū. Quāuis aut ad sen-  
sum nō usque quæq; absurdū dici possit homo bonus, arbor bona  
& malus mala: nō est tamē hæc Christi propria intelligentia. Vñ  
& Augustinus contra Pelagiū & Cœlestinum agēs, li. primo de  
gratia Christi: eis pro errore ascribit: q; dixerat Pelagius hoīs uo-  
luntatē, quatenus & bonū agendi & malū possibilitatē habet, radi-  
cem esse cœcundam: quæ ex ipsa hoīs uoluntate diuersa gignat et  
pariat, & quæ possit ad propriū cultoris arbitrium uel nitere flore  
uirtutū, uel sentibus horrere uitiorum. Sic em̄ illis occurrit Augu-  
stinus ait. Pelagius nō intuens quid loquatur: unam eandemq; ra-  
dicem constituit bonorū & malorū, contra euangelicā ueritatem,  
doctrinamq; apostolicam. Nam & dominus nec arborem bonam  
dicit posse facere fructus malos, nec malam bonos. Et Apostolus

Roma. 7

Math. 7.

O

Cap. 12. pars  
re ope. 8.

Math. 7.  
1. Timo. 6.

Paulus cum dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem: ad-  
monet utiq; intelligi radicem bonorum omnium charitatē. Vñ  
de si duæ arbores bona & mala: duo sunt homines, bonus & malus  
Quid est bonus homo nisi uoluntatis bonæ, hoc est arbor radicis  
bonæ? Et quid est homo malus: nisi uoluntatis malæ, hoc est arbor  
radicis malæ? Fructus aut harū radicum atq; arborum: facta sunt  
dicta sunt, cogitata sunt, quæ bona, de uoluntate bona procedunt,  
& mala de mala. Sequitur Facit autem arborem bonam, quando  
desaccipit gratiam. Non enim se ex malo bonū per semetipsum  
facit, sed ex illo & per illum & in illo, qui semper est bonus, & rur-  
sum paulo post. Illa ergo possibilitas non ut iste (scilicet Pelagiū)  
opinatur: una eademq; radix est bonorū & malorum. Aliud est  
enim charitas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum: tan-  
tumq; inter se differunt, quam uirtus & uitium. Hæc Augusti-  
nus. Per quæ satis elucescunt: quæ aduersus presentem Iacobi as-  
sertionem proposita fuere per nos.

¶ Baptizat Iohannes in pccitentiam, Christus in remissionem pec-  
catorū. Iohannes exteriora, Christus interiora purgabat. In baptis-  
mate Iohannis gratia pccitentia dabatur: In Christi, gratia iustifi-  
cationis. Illic adhuc caro: istic datur spiritus.

¶ Iohannes Baptista populo ad eum prædicantem uenienti (narran-  
te sancto euangelista Matthæo) dicebat. Ego quidē baptizo uos  
in aqua in pccitentiam, qui autem post me uenturus est: ipse uos  
baptizabit in spiritu sancto & igni. Quibus uerbis uolens Iaco-  
bus intelligentiæ superaddere lumē, pulchra sese opinatur discre-  
tione baptismatum Iohannis & Christi naturas descripsisse, cū ait:  
Iohannes baptizat in pccitentiam: Christus &c. Vbi neq; sua ca-  
pere potest ipse uerba: neq; q; scripturæ consentiant monstrare.  
Quandoquidem pccitentiam quam primo & præcipue Iohannes  
populo prædicabat, pro parte illa capi debet, quæ recte contritio  
uocatur, quæ sane remissio est peccatorū: hoc est, meritoria ut re-  
mittantur, causa. Baptizans ergo Iohannes in pccitentia, in remissi-  
onem baptizabat peccatorū, quod ueluti propriū Christo, recte se-  
cedit Iacobus tribuisse, cū tamen illud omnino scripturæ aduerse-  
tur, qd inde colligitur. Siquidē hoc in capite Matthæus ait: Tunc  
exibant ad eum (scilicet Iohannem) Hierosolyma, & oīs Iudæa, &

Cap. 20.

1. Timo. 6.

Prop. 16.

Consuetio  
P Cap. 5

Cap. 3.

ois regio circa Iordanem & baptizabant ab eo in Iordane cōfitem-  
tes peccata sua. Quid est istud precor, baptizabant confitentes pec-  
cata sua, nisi ut eorū per cōfessionis medium à dño remissionem cō-  
sequerent: Et ne putet Faber nos gratis hæc prætexere, planam p-  
nobis hoc in articulo cōtra se audiat scripturā. De ministerio etem  
Baptistæ Iohannis, ita per beatum Marcum enunciat. Fuit, inq̄r,  
Iohannes in deserto baptizans & prædicans baptismū pœnitentiæ  
in remissionem peccatorū. Non itaq; discrimen signat Iacobus ba-  
ptismū Iohannis ab eo q̄ Ch̄s est, q̄ ille baptizabat in pœnitentiā,  
Ch̄sus in remissionē peccatorū, cū profusus idē sibi hæc loquēdi ue-  
lunt formæ. Est mō cōsimili uanū oīno est qd̄ addit. Iohannes exte-  
riora, Ch̄s interiora purgabat. Fatemur oīno solū Ch̄m dñm in-  
teriora suo mō, i. diuino & principali purgare. At cū (uti iam deci-  
es monstratū est) & peccata sua cōfitemus hō se interius purget, &  
dei minister itidē interiora purgat: interius ergo Iohannes suo pur-  
gabat mō. Nam & hoc ip̄m p̄tendisse oīno credendū est, qñ istud  
factū archangelus Gabriel illū patri nūciauit dicēs: Multos filio-  
rum Irahel cōuertet ad dñm deū ip̄sorū, & ipse p̄cedet añ illū in  
spiritu & uirtute Helix. Sequit: Ut cōuertat corda patrum in fi-  
lios, & incredulos ad prudētiam iustos. Ecce qd̄ singulariter nega-  
bat Iohanni cōpetere Faber: manifeste tribuit archangelus. Con-  
uertet, inquit, corda patrum, atqui cōuertere corda: illa est purga-  
re. Præterea ipse Ch̄sus baptizans, exteriora, id est, nudatum ba-  
ptismū suscipientis corpus, aquis (ut Iohannes) aut imergebat, aut  
sup̄ illud eas infundebat. Nullā igit̄ penitus ex illis quæ attigit col-  
ligere ualet Faber baptismorū distantiam: cum tñ sint lōgē diste-  
rentes, sed nō rōnibus p̄ eum expressis. Si aut̄ quis Iacobum percū-  
ctetur, quænam res sit pœnitentiæ gratia, quia dicit, in baptismate  
Iohannis gratia pœnitentiæ dabat, in Ch̄s, iustificatōis, obmutes-  
cēt omnino: aut em̄ utrunq; suo ministerio dare Iohannem neces-  
se erat, aut neutrum. Siue em̄ per pœnitentiæ gratiam, bonum uo-  
luntatis morū accipias, q̄ peccator in odium suorū excitatur pecca-  
torū, illa detestaturus quo dei gratiā adipiscatur: siue actum ipsum  
pœnitentiæ, nullum illorū cōferre Iohannes poterat quoquo mō  
quin illo & iustificatōis gratiam ualere. Quid deniq; rōnis habet  
quod addit, Illic, id ē, i Iohānis baptismate adhuc caro: istic id ē, in

Cap. 1.

Q

Lucæ. ij

Christi, datur spiritus sanctus. In utroq; p̄culdubio rite suscepto  
dabatur spiritus sanctus. At hic ui sacramenti illic suscipientis me-  
rito ex diuina bonitate. Et proinde non erat ille de se animarum re-  
generatiuus, quia gratia quæ illum humiliter recipienti confereba-  
tur: non illi debebatur, sed fidei & pœnitentiæ baptisati. Sunt igit̄  
tut hæc omnia Iacobi inuenta meræ nugæ, utpote quæ nulla con-  
stant aut scriptura, aut ratione.

¶ Baptismus quo baptisatus est à Iohanne Christus, nō solum Io-  
hannis, sed & uerius ipsius Christi fuit.

¶ Hunc errorē cōstatum linquo ex inductis, pannotatōibus. lvi.  
& lviij. in cōmentariis epistolarum beati Pauli: ubi licet nō hic ex-  
pressis uerbis, habetur tamen in sententiā: & illic cōtra eum sub p-  
prijs egimus terminis.

¶ In illo Deuteronomij sexto: Dñm deū tuū timebis, & illi soli ser-  
uies: id uerbum timebis p̄inde est atq; reuerberis, coles, adorabis.

¶ Quā quidem illicitum profusus dicit Faber, quoslibet per flagel-  
lorum & pœnarum cæterarum formidinem à uitijs ad uirtutes re-  
uocare, omnemq; seruilem reprobam timorem: cum uideret citatū  
per se dñi uerbum: Dominū deum tuum timebis, si notione pro-  
pria caperet uerbum Timebis, suis manifeste uotis obfiteret: effu-  
gium meditatus multiplex (quod fere perpetuo declinat) effinit  
ubi non oportebat. Timebis, inquit, non trita hic significantia ca-  
pitur, sed id indicat quod reueor, colo, adoro. Vt autem illi done-  
mus, Timeo uerbum accipi posse, p̄ eo quod ē reuereri, quanquā  
forfan uix ita usquā apud autores cōperit, de quo iam nihil ad me.  
Et rursum q̄ in eo Deuteronomij loco positū sit uerbi Adorabis  
loco, id timebis, qd̄ hosti dñm tentati in mōte excelso ualde cōsis-  
oibus mundi regnis cum illi diceret: Hæc omnia tibi dabo, si cadēs  
adoraueris me, respōdit dominus, inquiens: Vade satana, Scriptū  
est em̄: Dominum deū tuū adorabis, & illi soli seruies, qd̄ de hoc  
Deuteronomij capite sexto: Doctores tenent dominum citasse:  
Hæreticū tamen planē est qd̄ præterdit Faber, uidelicet q̄ nolue-  
rit aut nō præceperit p̄p̄o suo dominus, ut illū, ne temporalia aut  
æterna incurrerent mala, timeret, q̄q; timor oīs seruilis, deo displi-  
cet. Quæ duo reuera in idē recidūt, hoc, scilicet, quod damnatū  
omnino mōstrasse nos putamus annotatiōe, l. i. super epl̄as beati

p̄ 20 p. 17.

Cōfutato

p̄ 20 p. 18

Capi. 4.

Cōfutato

R

Matth. 4.

Pfal. 118.

Deute. 2

Cap. 26

2. Para. 36

Cap. 19.

Pauli, dicta autem illic firmant alia pleraque scripturae eloquia, cuiusmodi sunt haec. A uerbis tuis formidauit cor meum. Et rursum: Posuisti firmamentum eius formidinem. Quod ite Moysi a domino dictum est: Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni caelo, ut audito nomine tuo paueant. Et in Numerorum libro: Custodite, ait dominus, sabbata mea, & pauete ad sanctuarium meum. His autem consentanea dominum deprecans rex Iuda Manasses illi dicebat: E domini omnes pauent, & tremunt a uultu irae tuae, & insubsistentibilis ira super peccatores comminationis tuae. Per Esaiam uero de Aegyptijs, qui omnium in mundi huius ambulantium tenebris figuram gerebant, dei spiritus haec scribi fecit: Stupescunt & timebunt a facie commotionis manus domini exercituum. Et paulo post: Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit a facie conspectus domini. Pro hac autem nostra intentione qua monstrare cupimus haec reticum esse quod docuit Faber, licitum uidelicet non esse, timore poenae fatagere, ut pueri ad iustitiae reuertantur semitam, timoremque seruilem omnem damnandum esse: sat erat & quidem cumulatiflime quod in Exodo legitur: Promulgato enim omnium populo legis domini decalogi in monte de medio ignis & nubis & caliginis uoce magna, uita refert Deuteronomij liber. Hanc quidem domini uocem nequibat populus sustinere: sicut his uerbis in Exodo exprimit fecit dominus. Cunctus populus uidebat uoces, & lampades, & sonitum buccinae motemque fumigantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi. Loquere tu nobis & audiemus, non loquamur nobis dominus ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere, ut enim probaret uos, uenit deus: & ut terror illius esset in uobis, ne peccaretis. Sic per Moysen dominus. Ultra quae ad rem praesentem non est amplius desiderandum quicquam. Per ea enim luculenter apparet, dominum deum non tantum praecipere ut amemus, & casto eius timore homo ne illum offendant, turpe quodcumque uelut a facie colubri refugiat, quod praesentio est, uerum ut formidine ac terrore poenae, uel imperfectioni a sceleribus auocentur.

2. 20. 19

Conferatio

¶ **Q** Christus multos liberauerit ab omni morbo & a daemonio, quodcumque illud esset, & praestiterit uitam, id sola gratia fuit. ¶ **H**ic ite arbitrii hominis facultati Iacobus perperam detrahit, zelo quidem pniciosissimo, quae ad modum multifariam in superioribus

bus est monstratum. Non est proinde hic immorandum, tantum dicat: si uerum est quod ait, languidos comes siue spiritus in Choro mundatos fuisse sola illius gratia, id est, in nullo ipsis deo cooperantibus, quos uera erunt quae in euangelio tenemus: ut puta id quod de Paralytico illius baiulis in Matthaeo legimus. Videns Iesus fide illo, dixit paralytico: Confide fili, remittunt tibi peccata tua. Quid est enim? Videns Iesus fide illo, &c. nisi ad meritum illius fidei opera deus pietate iustitiae iuncta deputauit, ut ille & corpe & spiritu curaretur quod alibi pari omnino casu ipse docuit. Namque mulier Cananae, ob pseuerantem ipsius fidei deuotionem ac humilitatem, quae se se gentilis esse et genere indignam filiorum mensa confessa est, sed quod eius uultu caniculae pius esset non nihil a domino elargiri de gratiarum micis quae cadunt de ipsa mensa dominorum, id est, quas Iudaei quos dominus propter uerum unius dei cultum suos dicit non solliciti recolligunt, a domino non audiuit. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. De hoc uero loquens beatus Marcus dominum refert illi dixisse. Propter hunc sermonem uade, exijt daemonium a filia tua. Caeco autem quod de Hiericho egressus dominus sanauit, dixit: Uade, fides tua te saluum fecit. Item & Mariae Magdalena: Tu (inquit dominus) fides te saluam fecit, uade in pace. Et alteri mulieri quae intra se cogitabat: Si tetigero tuum simbrium uestimenti eius, salua ero, dixit dominus. Confide filia, fides tua te saluam fecit. Ecce horum omnium utranque salutem Christus non solum suae gratiae, sed eorum operibus, hoc est fidei & pietati ascribit. Confitemur tamen semper etiam ipsam fidem & opus omne iustum a dei gratia prodire. At non tantum, sed & ab hominis uoluntate, a qua meriti pendet ratio. Mere gratia ergo deus confert (ut saepius dictum est) nonnulla, ad alia uero hominum concurrere ordinauit.

Matth. 18  
Mar. 7

Mar. 10

Luce. 7  
Matth. 9

¶ **Antiq** hoc est, quod sub Moysi lege uixerunt, praecipua decalogi seruabatur sensum literae, quae lex noua non tollit, sed perficit ad spiritum ut hoc. Non occides, seruabant de exteriori occisione: spiritus autem & de exteriori, & de interiori. ¶ **Si** credat Iacobus ad interiores animae actus per decalogi praecipua antiquos, id est, populum cui lux antiqua tradita est, non fuisse obligatos, haereticus iudicatur. Eodem quippe naturalium iure & diuino prohibetur illicitum uelle, & illud operari. Unde & Christus dominus criminat

2. 20. 20

Cap. 5

Exodi. 20. &

Deut. 5

Conferatio

V